

VIX
ut circa eos globus libere uoluatur. Postremo fiat sedes cum horizonte, qui circa me-
ridiem & septentrionem cauetur, ita ut dimidius globus supra emineat. In horizon-
te autem ad quatuor coeli plagas pingantur uentorum quatuor Cardinalium nomi-
na & figure, ad meridiem quidē Aultri, ad septentrionē Aquilonis, ad ortum uero
Euri, & ad occasum Zephyri &c. Reliquos uero pro suo arbitrio ad imitationem
aliorum quisq; depingat liberum esto. Nos hoc in loco superuacaneum duximus
singulorum opiniones de his, aut uentorum uaria nomina recensere, cum ea potius
Grammaticam & optica[m] spectent, quàm Mathesim.

Ioannis